

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

17. de potentiis & operationibus naturæ humanæ in Christo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

tiæ plenitudinem. De quarto, non posse pec-
care, & Dei perfectam contemplationem.
Habuit enim simul & bona viæ quædam, &
bona patriæ, sicut & quædam mala vitæ.

DE POTENTIIS ET
operationibus naturæ hu-
manæ in Christo.

DISTINCT. Decimæseptimæ
CAP. Primum.

In Christo fuit voluntas duplex.

AMbigendum non est in Christo diuer-
fas fuisse voluntates, iuxta duas natu-
ras, diuinam scil. voluntatem, & hu-
manam. Huiusma voluntas est affectus ra-
tionis, vel sensualitatis: alius est enim affec-
tus animæ sec. rationem, alius sec. sensuali-
tatem: uterque tamen dicitur humana vo-
luntas. Affectu enim rationis id volebat
quod voluntas diuina, scil. pati & mori: sed
affectu sensualitatis non volebat, sed resu-
giebat. Vnde Hierony. in illum locum, Spi-
ritus quidem prôptus est, caro autem infir-
ma, ita ait: Hoc contra Euthicianos, qui di-
cunt in Christo tantum unam voluntatem:
Hic autem ostendit humanam, quæ propter
infirmitatem carnis recusat passionem: &
diuinam, quæ prompta est perficere dispen-
sationem. Idem asseuerat August. in Psal.

AA iij

*Voluntas autem
Humanæ autem
Divina.*

E P I T O M E

Quod ex Euang. manifestissimum esse po-
test, cùm dixit, Non sicut ego volo, sed sicut matth.
tu. His testimoniis euidenter docetur in 26.
Christo duas esse voluntates. Quod quia
negauit Macharius archiepiscop. in Con-
stantinopol. syn. condemnatus est.

C A P. Secundum. In Christo nulla fuit
concupiscentia carnis contra spiritum.

183.b.
Concupiscentia
72.3.3.75.
185.b.
IA3

It August. Nonnullum est vitium cùm lib.10.
A caro concupiscit aduersus spiritum. in gen.
Caro autem dicta est concupiscere, ad lit.
quia hoc sec. ipsam animam agit: sicut ani-cap. II.
ma per aurem audit, & per oculum videt. gal. 5.
Caro enim nihil nisi per animam concupisicit.
Sed concupiscere dicitur, cùm anima carna-
li concupiscentia spiritui reluctatur, habens
carnalem delectationem de carne & à carne
aduersus delectationem quam spiritus ha-
bet. Ipsius autem carnis concupiscentiae
causa non est in anima sola, nec in carne sola,
ex utroque enim fit: quia fine utroque
delectatio talis non sentitur. Talis ergo ri-
xa, talisque concertatio in anima Christi
nullatenus esse potuit, quia carnis con-
cupiscentia ibi esse nequivit. Dei etiam vo-
luntas erat, & rationi placebat, ut illud sec.
carnem veller, quatenus veritas humanitatis
in eo probaretur.

C A P. Tertium. Christus voluntatem suam
conformem habuit voluntati diuinæ.

185. 1.

Nec ideo petiit Christus ut transiret
calix , ut impetraret : quia sciebat
Deum illud non facturum: nec illud
fieri volebat affectu rationis vel voluntate
diuinitatis. Ad quid ergo petiit? Ut mem-
bris formā præberet imminente turbatione,
clamandi ad dominū, & subiiciendi volunta-
tem suam diuinæ voluntati : Ut si pulsante
molestia tristentur , pro eiusdem amotione
orient : & vt veritas humanitatis in eo pro-
baretur. f. 211. a. r. 13.

DE MERITO CHRISTI.

D I S T I N C T . Decimæ octauæ
C A P . Primum.

*Christus meruit non solum mem-
bris, sed & sibi.*

Meruit quidem membris redemptio-
nē à Diabolo, à peccato, à plena: &
regni reserationem: ut amota ignea
romphea, liberè pateret introitus. Sed & si-
bi meruit impassibilitatis & immortalita-
tis gloriam, sicut ait Apost. Christus factus
est pro nobis obediens usque ad mortem,
&c. propter quod & Deus exaltauit illum, &
dedit illi, &c. Apertè dicit Apost. Christum
propterea exaltatum per impassibilitatis glo-
riā, quia est humiliatus per passionis obediē-
tiam. Humilitas ergo passionis, meritum fuit

AA iiij